



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||**

**Bernoldus <Constantiensis>**

**Antverpiæ, 1565**

15. De acceptione oblationis in manus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](#)

nt, sed vtrunque signatur in oblatione. Nam sequitur, vt nobis fiat corpus & sanguis, subauditur, hæc oblatio. Et

3 sed vtrunque  
quia vtrunque  
significatur in  
oblatione.

hoc cum dicitur, quarta crux super patrem & quinta super calicem separatim imponitur. Congruè autem prius tres tantum cruces super vtrunque fecimus, licet quinque voces ad signa facienda æquipollentes haberemus, id est, Beneditam, ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilem, videlicet ut quinarium non excederemus, & quintam crucem super calicem, quinti quasi vulneris Indicem, unde sanguis profluxit, competenter faciemus.

*De acceptance oblationis in manus,*

C.A.P. XV.

DE INDE panis in manus accipitur, & antequam reponatur in altare, benedicitur. Item & calix eleuatus ante depositione benedicitur. Nam & Dominus in Euāngelio vtrunque legitur benedixisse antequā dimitteret ē manibus. AC-  
cepta enim in manibus benedixit; postea discipulis dedit. Item, vbi dicitur, Hostiā puram, hostiam sanctam, hostiam imma-

Matth. 26.

C 4 cula-

40 MICROL. DE ECCLES.

Quinque cru-  
ces post conse-  
crationem.

culatam , tres cruces super vtrumque si-  
mul facimus : quia & vtrunque simul  
eisdem verbis intelligimus . Quartam  
autem crucem super panem,& quintam  
super calicem separatis infigimus , ite-  
rum sanguineum Dominicū de latere Do-  
minico profluente in designantes

*De commemoratione Dominicæ passionis,*

C A P . X V I .

N O T A N D V M autem per totum Ca-  
nonem Dominicæ passionis commemo-  
rationem potissimum actitari , iuxta Do-  
mini præceptum in Euangeliō . Hæc,in-  
quit, quotiescumque feceritis, in mei me-  
moriā facietis. Et illud Apostoli. Quo-  
tiescumque hoc sumpereritis, mortem Do-  
mini annunciabitis . Vnde & ipse sacer-  
dos per totum Canonē in expansione ma-  
nuū non tam mētis deuotionem quam 20  
Christi extensionem in cruce præsignat,  
Iuxta illud: Expādi manus meas tota die.  
Non ergo digitī sunt contrahendi sem-  
per, vt quidam præ nimia cautela faciūt.  
Malè enim cauti sumus, si Christum imi-  
tari summopere non studemus . Con-  
gruum ergo est, vt manus expandamus  
infra

Matth. 16.  
Luc. 22.

2. Cor. 11.

Expāsio manuū  
quid significet.

fa. 65.